

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema CXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

est superuacanca. Quia enim voluntas Dei semper optima est; certe iam bonum & commodum erit mori. *Se ehejebesser. So hallu es überwunder.*

Vt si huius loci per se manifestus est. Licet enim sua natura mors sit formidabilis; possunt tamē ex scripturis talia remedia adhiberi, ut celerius metus mortis. *Wie man den Kindern Arisenen für schrecken eingibt.* Et possunt his plura addi argumenta: De præsencia Dei in morte *Psal. 23. v. 4. Rom. 8. v. 15.*

De certa spe resurrectionis, *I. Cor. 15.*

De corporis glorificatione, *Ibid v. 42. & Phil. 3. v. 21.*
De vita eterna gloria. *Psalm. 16. in fine, I. Corinth. 2. v. 9.*
Et cetera.

F I N I S.

THEM A CXXVII.

Syr. 42. v. 15. & 16.

De bona fama: seu bono nomine.

D I S P O S I T I O.

Vide supra, prima Promptuarii parte, pag. 54. ex hoc loco & Prover. 22. v. 1. extactam Dispositionem.

Quod autem tibi est fama bona, hoc est Syracidi nomen bonum.

Et potest eadem hic esse quæ ibi Propositione.

1. Quid si nomen bonum

2. Quantus illud estimandum.

3. Quomodo acquiratur, conservetur vel admittatur.

I. Pars.

Nomen hoc loco non significat vel proprium illud, quod in Baptismo accepimus nomen, vel cognomen: sed significat aliorum & bonorum nam à bonis canum laudari laus: improborum iudicia non curanda) vitorum iudicium & sermonem de nobis. Multi non curant, quo cunq; vocentur nomine. Manentes sic gleich wie eisen sedien Hund / sicut Abisa vocat Semci, 2. Sam. 16. vers. 9.

vel

X.
THEMA CXXVII. VET. TEST. 499

vel quicunque de ipsis sentiant viri boni. Illi non intellegunt quid sit nomen bonum. Nomen quidem ipsum per se non multum neque commodi neque incommodi adferit: sed de bono nomine hic sermo est.

Nomen autem bonum est, ubi homines boni & pii praetace sentiunt & loquuntur bene, de aliorum vita, studiis, moribus. Dicitur, Bona fama. *Eis autem Ruffi etiam gutt Lemmuth.* Ein gut Gericht sicut Proverb. 22. v. 1. & Eccl. 7. v. 2. vocatur.

Neque non tantum est bonum nomen, cum commendatur homo viiens sed cum etiam post mortem, ipsius honorifica sit mentio, De quo Proverbi 10. ver. 7. Memoria iusti in benedictione: nomen autem impii putrescit. Sic ut laudantur hodie Ioseph nomine castitatis. Abrahamus propter fidem & multas virtutes, &c. Heb. 11. Iosias propter insignem pietatem, syr. 4. 7. v. 1. & c.

II. Pars.

Quamvis autem insipientes nihil curent quale nomen vel in vita habeant, vel post mortem relinquant, tamen qui sapiunt, intelligunt, nomen bonum esse loco magni thesauri.

Gentes hoc intellecerunt dicentes. Omnia si perdas famam seruare memento.

Syrrach hic dicit: 1. Auro certiore & pretiosiore famam.

2. Imo vita pretiosius nomen bonum. Quia vita transfit, at nomen immortale est.

Prodest bonum nomen nobis, viuentibus & mortuis, & roti posteritati.

Plura vide supra in parte I. Promptuarii, pag. 56.

III. Pars.

1. Quomodo acquiratur nomen bonum. Vide ibidem pagina 57. Scilicet, pietate & virtutibus laude dignissimi. Ioseph sua castitate, Daniel constantia, Iosias pietate, Hiobus patientia, &c. acquisuerunt nomen bonum.

Cc 5 2. Ag

2. At quia non minor est virtus quam querere parta
eueri, hortatur Syrach, ut conseruetur nomen bonum. Saul
quidem bonum habet nomen, quia initio regni fuit hu-
milis mansuetus, &c. ut pater ex 1. Sam. 9. v. 21. & 10. v. 22.
& in fine ibid. At non studet non seruare nomen bonum,
quia sit Tyrannus. Idem accidit Regi Joas, mortuo Joa-
ca, 2. Paral. 12. v. 2. Ergo in fide & pietate perseverandum,
vñq; ad finem. Nam iuxta proverbum: Omnis laus in fi-
de canitur.

Mas muß es mit ins Grab nemen das gute Lob / und
den guten Namen vater die Erden bringen.

3. Amittitur autem si de studio pieratis remittitur
aliquid, & virtutes transeuant in vita. Quod sepiissime
fit.

Hinc natum Proverbum: Angelicus iuuenis senibus
Gatanizat in annis.

At non extra stadium currerandam. Nec cessandum, an-
tequam arripiatur brabeum. Vide de his, 1. Cor. 9. v. 24.
& seqq.

Quia vero non est hominis via eius, Hier. 10. v. 23. 10.
Gaudus Dominus, ut nos regat Spiritu sancto, Psal 51. v.
13. nec sinat incidere in peccata.

Dabitur Spiritus sanctus pertentibus, Luc. 13. v. 13. O-
xandum, ut ducat nos in via recta: Ex Psalmo 119. v. 35.
& 139. v. 24. Sic conseruabit Dominus, & memoriam &
nomen nostrum in benedictione, Proverb. 10. v. 7. Scribe-
tur nomen etiam in celo, & in libro vitae, Luc. 10. v. 20.
Apocal. 20. v. 13.

Vici simus vero nomen impiorum detendimus esse, ex se-
quentibus scripturae locis patet, Exod. 17. vers. 14. Psalm.
309. v. 13. & 15. Eccles 6 vers. 4. Esaiæ 14. vers. 20. Pro-
verb. 14. vers. 11. Et illorum quoque nomina non scri-
bentur cum iustis, Psalm. 69. vers. 29. nec inuenientur in
libro vitae, ideoque proficiuntur in lacum, Apocalyp. 20.
vers. 15.

Cætera vide supra parte I. Promptuarij, pag. 58.

HACTE

H A C T E N V S

Themata ex veteri Testamento, qua Dispositionibus centum & viginti septem sunt explicata: si iuxta seriem Dispositionum illa numerare velis.

Si quis vero ea quæ hactenus s̄epe coniunctim tractata sunt, accuratius numerare velit, & ex una Dispositione duas, tres aut plures velit extruere conciunculas (quod exempli causa, ex Dispositionibus Thematum præcedentium 116, & 121 item Psalmi 90. aliorumque plurimum fieri potest facilime) prodibunt Themata CL. & ultra.

Liberum autem lectori, ut tractare, sic etiam numerare hæc omnia pro libitu.

F I N I S T H E M A T U M
veteris Testamenti.

S E Q V V N T V R

P O R R O T H E M A T U M
F V N E B R I V M D E C I M Æ C L A S-
S I S , E X N O V O T E S T A M E N,
to desumptorum Disposi-
tiones.

Centuria V. & Ultima.

T H E M A I .

Math. 7.v.13. & 14.

Introite per arctam portam, &c.

D I S P O S I T I O .

C V M Christus interrogaretur ab aliquo, Luc. 13.v.
23. An pauci sint salvi futuri, responderet illi pene iis-
dem verbis quæ in principio huius loci prædicti extant:
Contendite intrare per angustam portam. Ex qua re-
spōsitione Christi facile conicere, quando Christus
hoc